



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo  
Libros Distribvtvs**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. VII. An Praelatus, aut Rector Ecclesiae alienans particulas Reliquiarum insignium, aut in muro clausarum in currat in excommunicationem d. extrau.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

uara sit hospitalitas per tempus  
immemorabile latè Gabr. loco  
cit. concl. 1. num. 22. & d. concl. 2.  
numer. 5. & 6.

**14** Obserua tamen, quod quando  
in dictis Confraternitatibus exer-  
centur opera charitatis, & pietatis,  
& exercitia spiritualia, sem-  
per dicuntur loca pia, etiam si e-  
rectæ nō fuerint auctoritate Epis-  
copi, & ideo earum bona aliena-  
ri non possunt sine assensu apo-  
stolico, ut dicunt DD. quos refert,  
& sequitur Diana p. 4. tr. 1. ref. 37.

**15** Vnde nec possunt Administratores  
facere compromissum de bonis  
huiusmodi locorum, quia com-  
promissum est species alienatio-  
nis Antonin. var. resol. lib. 2. ref. 2.  
num. 4. Quarant. in ver. Alienatio-  
reccles. nu. 20. dicit tamen Ferr.  
qq. mor. par. 2. q. 55. quod cum li-  
centia Episcopi, coram quo con-  
stare debet de utilitate ecclesie,  
possunt officiales facere compro-  
missum, exemplo Tutoris, vel Cu-  
tatoris, qui licet ex se non possit  
facere compromissum de rebus  
pupilli, & minoris, compromitte-  
re tamen potest cum solemnitate,  
& lice ntia Iudicis, ut dicunt Da-  
tores apud Gratian. discept. 586.  
num. 52. Sed hoc procedere po-  
test, si compromissum fiat de re-  
bus, quas Episcopi auctoritate  
ordinaria alienare possunt iuxta  
cap. Terrulas 12. q. 2.



### S. VII.

An Prælatus, aut Rector Ecclesie  
sive alienans particulas Reli-  
quiarum insignium, aut  
in muro clausarum in  
currat in excom-  
municationem  
d. extrau-

**16** **R** Esp. quod licet huiusmodi  
Reliquiae alienari non po-  
sint sine consensu Sedis Apostoli-  
cae iuxta stylum Curiæ Romanae,  
quia sunt res valde pretiosæ, qua-  
seruando seruari possunt, illas  
tamen alienans non incurreret ex  
communicationem d. extrauag.  
quia ibi sermo videtur esse de bo-  
nis temporalibus pretio æstimabi-  
libus, ut d. Bonacor. d. tract. de  
Alien. bon. Eccles. quæst. un. punct.  
2. num. 31. quicquid in contrarium  
dicat Barbos. de offic. & pot. Episc.  
par. 3. all. 95. num. 39. Ricc. in Prax.  
for. Eccles. par. 1. ref. 60.

### S. VIII.

An Ecclesia repetens bona male  
alienata teneatur restitu-  
re pretium.

**17** **R** Esp. quod res alienatae nullo  
restituto pretio regulariter re-  
uertitur ad Ecclesiæ c. 1. de Schism.  
d. extrau. Ambitiose in fin. S. quis  
igitur in Auth. de non alienan. &c.  
Ecclesiæ vero competit interdictu  
vnde vi quo ad res alienatas Ricc.  
in collect. decif. 2164. par. 6.

**18** Datur tamen emptori contra-  
male